

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



**E**pticipat de luce inter alios colores: et nigrum minus: ideo dicitur quodammodo participatio albi. **A**lia est difficultas: vtrum colores medij componantur ex extremis coloribus. **R**espondeo quod si iam multoties visum est quod illi medij colores non componuntur realiter ex extremis: sed dicuntur componi propter quandam naturalem convenientiam cum extremis maioribus quam sit inter extrema. **E**t si dicatur dicit aristoteles quod medij colores generantur ex extremis. **R**espondeo quod debet intelligi ex causis extremorum colorum concurreribus sicut adinuicem. **E**t sicut dicitur de medij odoribus et saporibus: puta quod non generantur ex dulci et amaro: sed generantur ex causis dulcis et amari concurrentibus vel commixtis vel aliquid modo se habentibus inter illos modos per quos generatur amarum et dulce. **A**lia difficultas vtrum humidum sit subiectum odoris. **R**espondeo tunc breuiter quod purum humidum: ut aer vel aqua non est odoriferum nisi aliud commisceatur. **D**ico etiam quod purus siccus non est odoriferus: quia nec terra nec ignis odoriferatur nisi aliquid aliud sit admixtum. **R**elinquitur ergo quod oportet odor esse in aliquo admixto: ideo dico quod est in sicco terrestri passio a calido: et sapor est in humido passio a sicco. **A**lia difficultas vtrum odores considerantur ad sanitatem capitis temperando frigiditatem cerebri. **E**t videtur quod non: quia sicut sapor est passio humidi facta a sicco terrestri: ita e converso odor est passio sicci terrestri facta ab humido: sed tamen humidum quod siccum terrestre sunt naturaliter frigida: igitur. **I**n oppositum est per se in textu. **P**ro cuius solone supponitur quod odores suaves non multum fortes: ut rosarum violarum et multorum aromaticorum multum perfunt cerebro et referunt ad eius sanitatem: ideo medici referunt tales odores: et perficiunt aliquid poma artificialia ex speciebus aromaticis ad tenendum in manu ad odorandum. **E**t ad rationem dicitur dicitur est quod licet odor sit subiective in sicco terrestri: tamen oportet illud siccum esse passum a calido a quo odor contrahit vim calefactivam. **A**lia difficultas: vtrum contingat sibi per se sentire. **R**espondeo breuiter quod nunquam aliquid quod dubitavit vtrum possit sibi per se sentire: sed vtrum possit perfecte per se sentire. **A**d quam respondeo ponendo aliquos propositiones. **P**rima: non contingit sentire vnum solum: quia omne sensibile est diuisibile et habet partes: ergo si vnum sentiat et sue partes. **S**ecunda: propositio: per se equum perfecte sibi sentiat sicut vnum: quia illud vnum est per se: ergo si distincte sentiat et plura: et sunt vere iste due conclusiones tenendo quod totum integrale non distinguitur a suis partibus. **T**ertia: propositio: non est possibile quodlibet illorum plurimum quod sibi sentiat sentiri ita perfecte sicut aliquid vnum sentiat. **Q**uarta: propositio: possibile est sentiendo sibi totum et partem sentire perfecte illa parte quam totum propter nimiam extensionem totius. **Q**uinta: non est possibile sentire plura simul et quodlibet eorum ita perfecte sicut posset sentiri vnum illorum: et ista volebat habere aristoteles.

**D**ubitat tertio vtrum possibile sit aliquid totum sibi et se mel alterari. **P**ro cuius solone supponitur quod duplex est alteratio: quodammodo est quod fit per abiectionem forme prime: sicut calefactio a quo. **A**lia est quod fit sine abiectione forme prime: sicut illuminatio medij. **S**ecundo supponitur quod duplex est alteratio. scilicet extrinsecus: cuiusmodi est ignis respectu aque: aliud est intrinsecus: cuiusmodi est aqua perducens frigiditatem in seipsa. **H**is suppositis respondetur per aliquas propositiones. **P**rima: totum potest alterari simul simultate partium qualitatum quantum ad longitudinem: et hoc ab alterate extrinsecus: nam aliquid totum potest applicari passio in omnes suas partes. **S**ecundum dicitur: totum potest sibi alterari simultate partium quantitativarum quantum ad longitudinem latitudinem et profunditatem ab alterate intrinsecus: sicut quod non citius alterat vnam partem quam aliam cum

sit ipsis eque appropinquatis. **T**ertium dicitur: totum potest sibi alterari simultate partium quantitativarum quantum ad longitudinem et latitudinem ab alterate extrinsecus: sed non quod ad profunditatem: nisi passum esset eque appropinquatum quod ad omnes eius partes: et per etiam dicitur intelligi in alteratione non abiectione forme prime: quia in abiectione semper est successio. **S**ed restat solvere aliquid quodlibet. **P**rimum quod calefacta magis ferentur quam in frigidata: **R**espondeo quod id est: quia odor multiplicatur per fumalem evaporationem: quod fit per caliditatem et non per frigiditatem. **S**ecundum: quod homo citius attingit timorem si tangat ab alio quam si seipsus tangat: **R**espondeo quod ratio est: quia homo melius percipit extrinsecus quam seipsus. **T**ertium: quod homo magis turbatur si tangat se abscellis quam si tangat se alijs partibus: **R**espondeo quod ratio est: quia illa pars est multum subtilis: id est ibi melius sentitur: etiam quia huiusmodi sunt in consuetudine ibi tangi. **Q**uartum: quod est postquam huiusmodi potauerunt bona vina: si postea bibant debilia iudicatur illa nihil valere: **R**espondeo quod ratio est: quia illius vini fortior in organo gustus sunt species a quibus impediuntur species debilis vini. **Q**uintum: quod in firmi iudicatur omnia cibaria esse amara: cum tamen sint dulcia: **R**espondeo quod id est: quia habet linguam infectam multis humoribus amarum commiscens cibo et reddat cibum amarum. **S**extum: quod surdi a natiuitate sunt muti: **R**espondeo quod id est: quia nunquam audierunt sonum. **S**eptimum: quod animalia ceca melius impingunt quam videtur: **R**espondeo quod ratio est: quia in animalibus cecis potest nutrimenta non distribuitur a sua propria operatione sicut in videntibus. **C**rauius est: quod est quod carnes citius putrescunt in estate quam in hyeme: **R**espondeo quod calor extrinsecus in humido alieno causat putrefactionem. **E**t quia in hyeme porci carni sunt clausi: id est non potest bene calor extrinsecus secus intrare. **H**onum: quod mulieres non sunt ita bene barbatae sicut viri: **R**espondeo quod mulieres sunt frigidiores: et in eis abundat multum humiditas et defectus caloris non expellentis illas superfluitates ex quibus generantur pili. **D**ecimum: quare aues non mingunt: **R**espondeo quod ratio est: quia superfluitas a qua generatur vrina mutatur in plumas. **U**ndecimum: quare vinum parum lymphatum cito inebriat: **R**espondeo: quia tunc efficitur magis penetrabile. **E**t hec de secundo articulo. **T**ertium ad tertium sit

**C**onclusio: **P**roter libros de anima ponendus est iste liber ad determinandum de operationibus et passionibus anime: que concluduntur in prima articulo. **I**n quo etiam patet quod sit dicitur ad rationes. **A**libi de sensu et sensato finis.

Liber de memoria et reminiscencia.

**D**e memoria autem et memoria dicitur quod dicitur: et propter quam causam fit: et cui anime partium hec accidat passio et reminiscencia: non enim idem sunt memoria et reminiscencia: sed ut frequenter memorabiliores quidem qui tardiore.

**I**ste est liber de memoria et reminiscencia aristoteles. qui diuiditur in duo capitula. **P**rimum est de memoria. secundum est de reminiscencia. **E**t dicit primo quod non est idem memorari et reminiscere: quia quodammodo sunt bene memoratiui et non reminiscitui: et e contra: quia qui rude recipiunt sunt bene memoratiui: sed ingeniosi sunt multum reminiscitui. **D**einde ostendit cuius obiecti est memoria: dicens quod non est futuri: nullus enim dicit memorari futurum: nec etiam presentis: sed presentis est sensus: nullus enim